UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An sit gravius peccatum accedere ad Eucharistiam cum gravioribus peccatis, quàm cum minus gravibus, §. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

requiritur, ut tollatur obex gratiæ, ex vi talium Sacramentorum, primæ gratiæ animam ſanctificantis ornamentum acquirit. *d* Hujus probabilis doctrinæ ratio, pro modo, ſit illa, quia cum gratiæ augmentum haberi non poſsit, niſi prima gratia ſupponatur (ad augmentum enim neceſſario ſupponi debet qualitas, quæ augenda eſt) certè niſi ipſa prima gratia haberetur; nihil haberetur gratiæ, contra finem, ad quem ſunt inſtituta Sacramenta.

d *Suar. de Sacram. diſp. 7. ſect 2. & de Euch. diſp. 63. ſect. 1. §. dico tertio id quod tamen Hurtad. diſp. 8. de Euchar. diſſ. 8. & Vaſq. to 3 in 3. part. id eſt de Euc diſp.* 205. *C* 4. *&* 5. *negant.*

An ſint caſus, in quibus cum peccato mortali ſibi cognito communicare non ſit ſacrilegium, dicemus infra §. 9.

§. 2.

An ſit gravius peccatum accedere ad Euchariſtiam cum gravioribus peccatis, quàm cum minus gravibus.

GRavius eſſe mihi non eſt dubium, *a* quia ſumens

a *De Lugo de Euch. diſp. 14. ſect. 1. n. 6.*

magis irreverenter ſe habet mi-
noremque quantum eſt ex parte
ſua, reddit ejuſmodi Sacramenti
ſignificationem, quæ eſt, ani-
mam divinæ gratiæ refectioni-
bus enutrire.

4. Non puto tamen eſſe ne-
ceſſe majorem hanc gravitatem
explicare in confeſsione, quem-
admodum, nec quale peccati ge-
nus, ſive luxuriæ, ſive alterius:
nec quo numero, ſive plura, ſive
pauciora: ſatis enim eſt Laico
dicere, communicavi indignè
mortaliter: & Sacerdoti, cele-
bravi indignè &c. Sanè pari mo-
do ſufficit in confeſsione dicere,
ſumpſi Euchariſtiam non jeju-
nus: nec opus eſt explicare id,
an ne poſt convivium fuerit, an
poſt parcum aſſumptum cibum:
quamvis enim concedamus ma-
jorem *b* irreverentiam commit-
ti, ſi ad Euchariſtiam accedatur,
poſt lautas epulas, quàm poſt
modicum aquæ potum; tamen
quia

b *Baldell. de vitiis l.2. diſp 26. n.11.*

quia ſiſtitur in eadem irreverentiæ ſpecie, ex ſupra dicta opinione *c* de circumſtantiis aggravantibus, non contrahitur obligatio ejuſmodi graviorem irreverentiam in confeſsione diſtinguendi. Ita ſe res habet in caſu noſtro.

c *Lib. 2. Methodi Confeſſ.* c.1. §.18.

§. 3.

An addat novum peccatum, qui communicat cum peccato mortali, quando prohibetur à communione, ex præcepto humano.

EXemplo, quæſtionis ſtatum facilè percipies: ſit v. g. quis excommunicatus, vel ſit non jejunus, peccabit ne dupliciter, ſi communicet: uno quidem peccato, contra divinum, & naturale præceptum, quo cavetur, ne ſancta indignè tractentur: & in altero item contra humanum Eccleſiæ, quo prohibetur ne excommunica-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN